



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales**

Quibus Totum Hominis Christiani Officium Explicatur; Quidque is fugere,  
quid agere debeat, quam exactissimè traditur

**Segneri, Paolo**

**Augustæ Vindelicorum, Anno M.DCCXII.**

**VD18 90637054**

Discursus XXXIII. De nimiâ conversandi libertate. Ut omnibus conster, non  
absque causâ tantopere nimiam conversandi libertatem reprehendi, quæ  
viget his temporibus, demonstratur illam esse animorum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51667)

## DISCURSUS XXIII.

*Contra nimiam inter se mutuò agendi conversandique licentiam.*

**I.** Escio, an unquam aliquis vestrum in urbem quamquam delatus sit tunc, cum contagiosa per illam lues grassabatur. Id si contigit, crediderit ipse, nisi fallor, in medios se suspiciofissimos hostes incidisse. Vix per portam ingressas circumdederint excubitores, solicite & anxie querentes: quis tu, & cujas? quia, & unde iter? per quae loca transiisti? Nec isto contenti, vultum curiosè contemplati fuerint, tanquam cum homine jure suspecto sibi res esset: quin & sarcinas lustrant ut scirent, quid iis mercium veheretur; & fortasse etiam tanquam publici grassatores appearuerint, & solerter excusserint omnis. Ubi tandem magnam molestiam & conatu horum se manibus extricarit, progressus per urbis plateas viderit obseratis in aedibus cives velut carcere clausos generi: viderit domesticam alicubi supellestiles per fenestras eiici, ut flammis absumeretur: avulsam è matrum dolentium sinu teneram sobolem; aliam in patris brachiis amare plorantem. Si Templorum quis adyta subierit, ut ibi saltem solatii aliquid vestigaret, en iterum novi horrois materiam, vacua enim illa & deserta; Sacerdores gaudi & solliciti; Sacra pauca, musicus concensus nullus, dies solenniores vix ulli; quin ne cœtus quidem populi ad placandum per vota & suppliaciones communes Deum, cum extrema id poscere necessitas videretur. Adeò verum est, quod ajebam, vide ri utrem illam ab hostibus iorans captam, qui tam arcè, tamque non humaniter incolas habeant. Et tamen non sunt hostes Barbari, qui talia imperent, sunt Medici: quæ odio tantum & rabie videntur geri, sineceti amoris effecta sunt. Medici si quidem, cum experientia docti nō rint contagionem latius usque & longius serpere, si Cætus cogantur, & commercium civibus, nullo infectorum sanoru[m]e discriminé, permittatur, id egerunt studiosè, ut hi ab illis separarentur, quæque compescendo malo salubriter constituta erant, summā fide & diligentia executioni mandarentur. Nihil equidem ambigo, quin non pauci vestrum, dum me audiunt roties tonantem contra amatorias levitates, choro[rum], conventicula, sodales pravos, raciti secum jam saepius missitaverint: Quid noster Pastor hominis est? crudus ille tyrannus videtur. Errant planè isti: Medicus enim est Pastor, qui vestræ salutis & comodi arden-

si desiderio illud tam serio ac crebro  
vobis commendat remedium, quo  
solo recuperari, aut servari salus  
potest; fagam nimirum confortii,  
ac commercii, & amorem solitu-  
dinis. Ut igitur eadem opera, & vos  
errore: & me culpâ eximam, labo-  
randum mihi unicè est, ut vos do-  
ceam, nimiam int̄ se agendi licen-  
tiam Pestem esse animarum. Hoc qui  
intellexerit, de remedii necessitate,  
quod suggesto, dubius non haerebit;  
sed æquo seret animo, illud à me  
crebro vel nolentibus obitudi.

II. Ex omni illo malorum & calamitatum, quod mores ingressa in Mundum secum traxit, agmine non aliud universum horribilius est, quam lues contagiosa, idque geminâ maximè causâ. Prima est, quod tam facile adhærescat: Secunda, quod ubi adhæserit: non sine strage discedat. Utrumque horum in nimia invicem conversandi licentiâ, tam hodie usitata, reperiire est.

三

III. Ut lues graffitur, & ab uno migrer ad alium, contactus & vicinia sufficiunt, Non alia vitii est indoles. Ut propagetur, satis est infestos cum integris, nullo meru, libere ac licenter agere; Nihil tam facile, quam malum fieri, aiebat S. Gregorius Nazianzenus. Nequissimæ præleccio præqnàm ulla alia citè & facile capitur ; sic ut non nisi una subinde audita Auditorem Magistrum faciat. Sed ut ista summi momenti veritas cognoscatur clarius, cuncti-

que probé capiant, quantopere interit Animæ solitudinem amare, quantumque ipsis noceat omnis incauta familiaritas, supponendum est non nisi duplicitis conditionis esse posse personas, quæ tam domesticè inter se tractant; aut enim ignorant, aut ipsi expertas sunt peccatum & nequitiam. Sive autem hujus, sive illius conditionis fuerint, certus sit quisque, maxima sanè ex hac inter se agendi licentia in eos datana redundare.

IV. Ponamus igitur, quod plerumque dici assoleret, esse nimisrum adhuc immunes à vitio, qui familiaritati tali indulgent: anne quia hucusque adhuc peccarunt nunquam, etiam peccare non possunt: Parentes, cum eorum quis reprehendit negligientiam in filiarum custodiâ, quae hac illac per omnes viciniam vagari pro arbitrio sinunt, & quaslibet ædes accedere, hac semper ratione se purgant: *Filia mea honesti amans est;* non est, quod metuans. Demus, illam honestatis amantem esse. At hoc ipsum me angit, quod, cum talis sit, non diu post futura sit alia. Ut malum citreum, sapore, colorique præstans, marcescat, alio non est opus, quam ut aliud generis ejusdem pomum putridum juxta ponatur. Id enim si fiat, jam fructus ille odor, suavitate, nutriendi medicandique virtute tam nobilis, natus arbo-re immortali, mox & ipse præficeretur, foetore offendet nares, perinde ac alter, à quo corruptionem traxit. Hoc ante omnia efficit malorum cum bonis admixtio: affricat pugredinem.

Mirantur nonnunquam aliqui, Puellam illam eā prudentiā, iis dotibus, tam nobili sanguine, matre tam virtutis studiosā genitam, pravī sui exempli putore totam latē viciniam offendere. Inquirantisti, quibus hæc Puella sodalibus & usabit, & utatur etiamnum, & nihil erit porrō, quod mirentur. Nuper saturnialium tempore mutatā veste personata cum sociā illā versatā vagata est per urbem: audiit de suis differentem oblectamentis: adfuit fūcanti, & commenti se: vidit etiam noctis tenebris abusam ad agendum cum Juvenibus amantibus & amatis; subinde, autem sacrīs jejunii longioris diebus levitatibus suis perinde ac antea, aut etiam magis deditam. Hac inconsultā, cum fructu marciado & putente, societate, eam traxit contsgionem, ut jam, qui prius novabant, attoriti dicant. Heu, quām ista non est ista! Atque ita sanè est: sed hic est fructus societatis promiscuæ. Despiunt igitur, qui filias, sorores, conjuges vagari sinunt pro libito, nec ullo ipsis interdicant causam commercio, propterea, quod honesti amantes sint: & vel hac causa rationem ab iis severiorem Deus exiger, tantòque eos damnabit justiū, quod animas, tam omni labore etiamnum immunes, negligentiā suā & ignaviā fœdati, imò perire siverint. Quod generosius, quoque sapidius vinum est, quod servatum capimus, tantò curandum solerterius, ut dolis conditur idoneis: ubi enim dolium retro quopiam odore infectum fu-

rit, non ipsum jam odorem illum suum mutabit, quia mustum generosum est ac nobile, sed mustum ipsum odore illo terro exolescer. Filia, & quævis alia femina, à virtute etiamnum intacta odorem virii trahet à sociā nequam & perversā: hæc autem virtutis odore ex consortio bonæ ac innocentis non imbutetur. Non potestna hæc hamani generis calamitas est; quod morbi quidem & lues contagione serpent, sanitas autem in alios consortio non propagetur. Simile quid in agris videre est: steriliiores aliqui triticea ex seriente non nisi filiginem sepe reddiderunt: nullus autem tam pinguis est, ut ubi filiginem in eo serere conrigatur, triticum gerinet. Arque hæc causa Apostolus cunctos, qui & renati in Christo, & vitæ ad sanctissimæ Legis sue amissionem ducendæ cupidi sunt, sollicitè hortatur, ut velut Muudo ipso egressi, pravorum vitent consortium. Exito de medio eorum, & separamini, 2.Cn. 6.17. dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ero vobis in Patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias. Equidem & plantæ nupsiam ferè adolescentur feliciter, quām ubi solæ, & procul ab aliarum consortio terra inse- runtur: cùm plures, etsi non noxiæ, folium idem occupant, facile una alterius incrementis officit, & nunc Solis radios, nunc aliorum siderum beneficem influxum impedit. Sic & homines aliorum fugitantes consortium majora sumunt in virtute incremente: cùm è diverso omnis societas arctior ac familiaritas facilè cælestium

lectum donorum sc̄ gratiarem canales obstruat, & deniore velut umbra fructuum ubertati noceat.

V. Quomodo igit̄ solicitorum me non habeat, tanta inter Christianos negligentia in negotio, cuius momenta cūm pvidearent Ethnici, tam solerter illi curam impenderunt? Lycurgus Lacedæmonum Legislator cavat, non levi pœnā decretā, ne Cives alii populis commercio jungerentur, ne eorum simul virtus imbiberent. Sed & Plato suadet, ut procul à maris littore urbes edificarentur: cūm prospiceret, marinim̄ non vitiorum nimis, quā mercium, à commercii causā appulsis alienis populis, hausturas. Hodie Turcæ feminis suis ne illud quidem permittunt, ut orandi Dei causa delubra accedant; cūm existimat, nihil à semina gratius Deo offerri posse, quā si suam illi vagandi libertatem sacrificet. Interim è Christianis non pauci, luce tentò nobiliore collustrati, agnoscere nolunt, quantum, ex vaga cum quibuslibet agendi licentia, in sequiorem sexum redundare possit incommodi. Unde nonnullæ, ubique magis, quā domi suæ sent: contra illud David dicum: *Uxor tua in lateribus domus tua: quibus verbis vult, conjuges non domi tantum attinendas, sed ibi quoque secretoribus angulis abdendas ut non tantum oculis se foris habitantium, sed domesticorum quoque, quoad ejus potest, subducant.* In lateribus domus tua. Si autem vel Conjuges Deus publico commercio

arcet, quid Puellis eo in genere ab ipso permisum existimemus? Certo sibi quisque persuadeat, nulli cujuscunq; familiæ patri prudentiora, magisque ad sobolem in Dei timore educandam apta monita suggeri posse, quā si illi crebr̄ inculceret: Attende, quis tuas ædes frequenter: quis familiaribus tuis loquatur, observa: cave permittas illis, ut promiscuè agant cum omnibus: ne pietatis quidem studio ire finas, quā confluant quidem multi, sed orant pauci: præ reliquis tibi doribus in tuis solitudinis amor placeat: hoc sine, frustra sunt monita alia omnia: hortare ad honestatis studium, quantum vis, & potes, pietatem in Deum, decorum, recti exempli debitum inculca; ventis verba dabis. Natura, dum foetus materno in utero format, id in primis solicite curat, ut pelliculâ illam involvat, intra quam labori suo incumbat, & quibus oportet, membris, quā decet, figurâ opus illud suum effingat; hoc enim non circumdatus velut munimento, virtute formatrice extra limites exerrante, facile in abortum, aut deforme monstrum foetus degeneraret. Sic quisquis educare sobolem suam, & ad virtutem informare sedulò volet, vagari illam passim non sinat: operam enim alias, & oleum perdet. Quæcumque arbitrio suo ager cum quibuslibet, in ejus animo nunquam adhærent cogitationes salutares, quanlibet diligentia teneræ menti fuerint instillatae: dispergentur: atque ita efformandus ad optimis hone-

sta:

statis elegantiam foetus, aut nunquam absolverur, aut horridum denique in vitiorum monstrum deformabitur.

VI. Ita res se habebit, cum crediti vestrae curae nullo dum vicio deformes erunt. Quodsi aurem jam non primis tantum labris dulce vitiorum venenum in voluptatum poculo delibassent, sed largiter bibissent, cum enim verò majori adhuc solertia mea essent monita servanda, & omnis vagandi libertas præscindenda. Tum enim verò ea foror sic male affectorum conditio, si respectu nullo, nullo me-

*Epiſt. 7. commodo: Quod agris evenit, inquit Seneca, ut nunquam sine offensa profertantur. Nunquam & illi prodirent in publicum, quin duplo ferè deteriores reverterentur. Id quod cum maximè evenies, si, quod pronum est, in eos inciderint, qui non dissimili scabie laborant. Suspenda proſus res est, ut Plinius advertit, quantum virium capiat venenum alicujus à rabiido cane admorsi, si alteri jungatur, eodem veneno infecto. Hujus rei causam non facilè Philosophi divinaverint: cur autem animo male affectus, si alteri jungatur eodem vicio laboranti, deterius habere incipiat, pronum est conjicere: dum enim simul versantur, mutuò se fovent: hic sua illi narrat flagitia; alter eadem lepidè ac facete elevat, & quo primùm è turpi facinore, pudore suffundebantur, mutuò sibi abstergunt: verbo, sic mutuò incalescunt, ut serpentes invicem*

conglobati. Tunc maximè laborant mati, ubi plurium viria miscuere, & in Sin. qnū collata nequissia est. Sodalis ne. 10<sup>9</sup>; quam, etiam probum pervertit, ut dicebam: quanto magis jam perversum pervertet amplius? Dicerem, quod se ipso nequorem illum sit effecturus, nisi aliter nocerent homines pravi, quam Plin. I. Scorpiones: isti cùm veneno quem- II. c. piam infecerint, de veneno aliquid<sup>25</sup>, suo perdant: non ira pravi, hi enim quo plus veneni diffundunt in alios, hoc ipsi quoque nocentius inficiuntur.

VII. Nascuntur, quæ dixi mala, & fructus pessimi, cùm vel boni malis, vel malis mali ejusdem sexus coniunguntur. Majora timenda sunt; cùm etiam, ut frequenter assoleret, sexus disparitas accesserit. Agunt non tantum cum adolescentibus adolescentiis, non tantum cum Paellis Puellæ, & ex bonis fiunt mali, ex malis pessimi, sed nullo respectu & Juvenes cum Puellis, & hæ cum illis versantur cereberrime. Quam quidem infidam Societatem quoties videre mihi consergit, illud in animum subit, quod de Aspidibus narrant; nunquam matem sine femina cerni. Conjugia fermè L. 8. s. vagantur, ait Plinius, nec nisi cum compare vita est. Hac autem ratione vi- tium non tantum facile discitur, sed etiam non difficulter perpetratur. Nec prudenter dicuntur: Plures in coetu ejusmodi bonos esse, qui sù respectu nequa- anum, qui forè adlit, compescant: non enim semper plures etiam plus possunt. Certè unus pestifero laborans ulcere contagionem multis afflato so- let.

let. Hinc versutissimus Dæmon, et si nunquam non quam plurimarum animalium perniciem optet, & procureret, non semper tamen teribus venatur, quibus plures comprehendat; & quamquam non ignorat, quod Læqueum inveniunt omnes; suffictramen illi non tardus unicus. Lepida admodum illas capiendi aviculas, quæ turmatim volant, ratio est, si una aliqua eorum ex numero prehendatur, & alligato pedi filo, quod visco probè oblitum sit, libera avolare sinatur. Metella enim, cum planè se liberam putet, contentione magnâ è capientis manibus avolat, & velut lati nuntii, de captivitate superata, bajula media se aliorum turmæ inferit: dum autem nunc hæc, nunc illa viscato filo adhaerebit, non ante ludus finitur, quam misera non jam sola, sed pluribus male cautis comitata, deorum ruat, & optata venatori præda fiat. Non aliter Juvenis aliquis pravorum mortuum, venatori stygio optatam Animalium prædam, cum nemo quidquam sinistri meruit, in manus tradit. Id ergo versutissimus hostis agit, ut unum aliquem irretiat. Hunc vitiorum visco non obliter illitum in medium aliorum Juvenum, seu, quod deteriorius est, etiam Puellarum consortium immittit; tum ille verbis, nutibus, gestibus, promissionibus, donis, ficto amore & vera proditione in omnem partem versans prædam bene numerolam stygio suo venatori multum plaudenti adducit.

VIII. Quodsi vel unus aliquis sufficit male Dæmoni, ut ejus ope mult. R. P. Segneri S. I. Christ. Infr. Tom. III.

tos capiat, quanto certior erit unius pernicies, si in multis incident? Et tamen perinde ac si Juvenes saxeis essent, & Puellæ frigidissimo è marmore concertæ, nullo non tempore simul versati permittuntur, manæ, vesperi, interdiu, noctu: sed nec locus ullus excipitur: in viis publicis, in agris, domi, in sylvis, laborent, quiescant, nihil refert, solæ sint, an comitatæ: quin nec tum, cum vel ad rem diuinam accedant, veles peractæ domum repetunt; hoc se se consortio expedient. Tantam autem qui libertatem, quam nullis definitum limitibus commercium suis concedunt, quâ tandem temeritate sperant non inficiendas contagione animas, quæ sanæ sunt, aut non penitus corruptendas, quæ jam infectæ sunt? Pestis non in alios propagatur facilis, quam qui humorum temperie sunt similiore, ut medici observârunt. Pestis vapor accendi- Marsile pro in indolis similitudo. Illa in Epist. affectuum professio, quæ Puellam inter & ejus Amatos intercedit, viam vel maximè sternit proferendæ vitil contagioni, & fovendæ. Atque hoc ram præsens contagionis periculum, cui se exponunt, qui promiscue cum sanis infectisque agunt, Deum impulit, ut per Jeremiam suaderet? Unusquisque se à proximo suo custodiatur. Vult nimis, ut quisque se custodiat non ab illis, qui foris sunt, non ab æmulis aut hostibus, non à malis Dæmonibus tantum, sed ab his, & ab iis maximè, qui proximi illi sunt, à proximo suo se custodiat: ca-

Qqq. year

## DISCURSUS TRIGESIMUS TERTIUS.

490

veat ab illis, ad quos indolis similitudine propendet; hi enim ad pervertendum eum plus habent virium, quam infernales Genii naturam diversi & dissimiles.

II.

IX. Atque utinam, quam faciliter negotio hæc serpit contagio, tam faciliteriam remedio curaretur! Sed nihil est, quod majorem mihi in hac mutuam agendi licentiâ ac libertate horrorem incutiat, quam quod videam, malum, quam est universale, tam esse sine remedio. Vix quisquam hac contactus peste unquam sanatur. Ubi semel Juvenes depravati fuerint, quis erit animo tam forti & constanti, ut eos corrigat, & emendet? Obturant omnibus admonitioni aures, utque animo sint à te penitus alieno, sufficit, te indicio aliquo monstrare: subolere tibi eorum flagitia, aut sinistram tantum Mathiol. de iis suspicionem concepisse. Non in Pra- fari. rarerunt rerum naturalium Scrutatores? quo pinguiore succo, & tenaciore abundat arbor, hoc infelicius insitionem pati. Sic & pravarum Animali propensionum tum est curatio difficultima, cum sordidae sunt: haec enim mentem excœcant magis; voluntatem pertinacius faciunt occallescere, si ut Aristoteles censuerit, conjugi non posse cum libidinum studio prudentiam: Incontinens non potest esse prudens. Crescit autem indies hæc & cœcitas, & duritia, afluxu dine; eaque fit, ut mali etiam cura quotidie fiat difficilior; eò enim miseriarum devenirur, ut ametur ipse morbus, & sanitas odio habeatur.

Addamus jam sanitatis recuperanda difficultati laborantium multitudinem ac numerum, & facilè erit accuere, cladem stragemque Animalium, quam edit hæc promiscue cum quibuslibet agendi licen-ia esse innumerabilem. Cum pestis gravatur, nullo non die eâ enectorum census initus; ut & eorum, qui malo recent contracti sunt: in eaue, de qua nobis sermo, quis numerum inverit? Initium illa duxit jam inde propè à Mundis nascentis exordio, dum posteri Sech, eâ bonitate, ut Filijs Dei dicerentur, v. Cœn. cum Caini filiis ac nepotibus coniuncti à Lapidatum inierunt; quam inter se agendili in Gen. beritate moribus evaserunt tam per-<sup>c. 6,</sup> versis, ut divina Justitia non aliud malo remedium invenerit, quam totius humani generis per cataclysmum excidium: nec tamen vel hæc vindicis DEI poena rectius sapere posterios, & à tam invisa DEO convertandi libertate celsare docuit.

X. Dicam rem verbo: quidquid videmus viriorum in adolescentibus, quidquid in conjugiis perfidiae; quidquid in moribus corruptionis, non aliunde, quam ex ea libertate natum est, quam feminæ cum viris, viri cum feminis agere, & invicem sociati, quam liber, vagari permittuntur. Scimus omnes Terram, priusquam omnibus ultricibus illis undis submergeatur, absque comparatione; quam nunc sit, feliciorum fuisse ac fertilior. Et si enim tum homines non alis cibis vescerentur, quam herbis, & arborum fructibus, herbae tamen illæ & poma eâ virtute nutriendi pollebant,

ut

ut vitam in plura secula iis pasti proferrent; id quod hodie nec cibi qui eunque lectissimi, nec vina præstantissima ac generosissima efficiunt. Quam tanti discriminis causam mihi dabitis? An dicit quis; aquam vi tantâ ac copiâ in terras effusam extinxisse, magnam partem vim illam seminalē, quâ celus tantum vigorem in plantas derivabat? Dicit aliquid, quis sic responderet; rotum tamen nondicit. Non solæ lapsæ cælo a quæ tam sterile reddiderunt solum: sed aquarum martinorum cum cælestibus admistione pernicies hæc illata est: illa enim in intima se montium ac vallium viscera insinuantes actioniā suâ germinatricem terram vim exiceârunt, perinde ac Civitatibus ab irato hoste solo æquatis nonnunquam evenit; solum enim, ubi stererant, sale seminatum diu postea ne tantillum quidem graminis protulit. Applicemus hæc in rem nostram. Quærunt subinde Senes nostri, quæ causa sit morum usque ad eò hodie depravatorum? cùm tamen & Divini verbi Präcones audiantur sapient, & Sacrorum Mysteriorum usus increbuerit, in sacris excursionibus populi excolantur diligenter, tot pia Sodalitia, tot Cœtus constituti, in quibus ad omnem Sanctionem Fideles erudiantur. Unde ergo fit, ut tot adjumenta non magis animos in vita gratiae stabiliant, efficiantque, ut illam ad longa tempora prorogenent? Non alia mali origo, quam aquarum saltarum cum dulcibus admistio. Si saltæ suos inter fines ac terminos se

continerent, tellus à solis dulcibus tantum detrimenti non patereatur: si, inquam, domi se continerent feminæ, non tanta orbem obrueret vitiorum colluvies, quantolibet numero viri licentiū vagarentur; minore negotio vincerentur tentationes, nec tam citò à peccatis confessione expiatis ad antiquas rediretur miseras, sic ut vita animæ jam vix diurna, imò vix paucarum horarum esse soleat. Hæc autem admistio, dum neque limib[us], neque legibus ullis licentia coercetur, damnata infert inexplicabilla, tanto exaltiosius, quod ne remedium quidem malo relicturn est. Remedium siquidem, aliquò usque saltē, in sola separatione consistet: nec tamen hujus obtainenda spes affulget. Fugite de medio Babylonis, ait Sacer Vates, *Ieremij* salvet unusquisque animam suam, § 1. 6. Quid autem est Babylon lingua nostra, nisi *Confusio & Commixtio*? Fugite proinde promiscuam hanc invicem agendi licentiam, commercia abrumptate, vilitate pericula, si salvam animam vestram cupitis; Hoc nisi agitis, de illa actum est.

XI. Grassante lue, nulla quidquam proficit industria, nisi commercium sanos inter & contactos tollatur. Idem in re nostra est. E diverso. Discede ab iniquo, ait Ecclesiasticus, & deficient mala abs te. Mala omnia ista amputabimus unico, si amputemus noxiā conversandi libertatem: deficient mala. Si enim femina domi sua sola esset, vix appareret quo se illa culpārum genere contaminaret; sicut & virti fermè peccandi

## DISCURSUS TRIGESIMUS TERTIUS

492

illicia fortis accersunt. Leone I. Con-  
Baron, stantinopoli imperante exortum s̄e-  
an. 405, vissimum incendium vicos urbis inten-

gros, nec parvo numero, incineres  
redegit. Motus ea te Zeno legem  
deinde tulerit, Codici insertam, ut ædi-  
um singulæ ab alijs duodecim saltē  
pedum intervallo distarent; ut si quas  
deinceps flammæ corriperent, non  
facilè in alias incendium propagare-  
tur. Ad securitatem ab igne prestandam,  
O sanctam legem, si à materiatis hil-  
ice ædibus transferretur ad vias DEI  
templa, Christianos nimitem, sic ut  
domus quælibet nullâ sui parte aliam  
contingat, & quilibet existimaret,  
non vicinos, non noros circa se u' os  
esse! Sic facta prava, non fierent  
exempla publica; fœdus ille libi-  
dinum ignis inter prostibulorum pa-  
rietes clausus, non tot alias, cetero-  
quin honoratas domos, tantâ amque  
comuni strage corriperet.

XII. Non nescio, plures è vobis  
futuras, qui dicant: Durus est hic  
sermo, nec durus tantum, sed quem  
re & opere completere non licet: neque  
enim omnes domi recludi feminæ  
possunt: sed illas quoque sua nego-  
tia foras vocant. Non ignota dicitis:  
nec me latet, non semper domi re-  
neri feminas posse. Quid autem  
hinc consequens est? Aderto sacris  
in Literis feminam rebus geminis  
planè dissimili mis comparari, Cande-  
labro in Templo, & Soli in cælo. Ut  
Candelabrum, domo prodire non  
debet; sicut Candelabrum Templo  
non effertur: si tamen prodeundum  
fuerit, prodire debet ut Sol, qui se-

mitâ suâ, quam Eclipse cam Astrono-  
mi dicunt, nunquam egreditur. P. o.  
deant ergo, per me liter, lubidine ex-  
tra parietes domesticos feminæ, dum  
modo non nisi negotiorum suorum  
causâ prodeant, nec extra semiram  
suam exercent, ut Sol rot seculorum  
decursu ne latum quidem unguem  
exhibitavit. Damno canum in fe-  
minis illam ubique vagandi licenti-  
am, illum solitudinis horrorem, illum,  
in medio etiam vitiorum, latit is  
conventiculis apparendi pruritum.  
Hoc autem animabus plurimum no-  
cere, quis negare possit, qui animum  
adverit ad stragem, quam bæc con-  
sortia edunt, perpetuan? quis nega-  
reposit, digna esse reprehensione;  
si non perpetua, saltē crêbro iterat?

XIII. Ad illud deinde quod atti-  
ner, dum dicebatis, sermonem hunc  
esse durum, necesse est, ut eorum vo-  
bis memoriam refricerem, quæ initio  
commemoravi: vivere nimitem nos  
tempora, quibus pestis grassetur, quin-  
do crudelem esse pietatis speciem  
habet. An Servatorem non audimus  
ita loquentem? Non veni pacem mi-  
tere, sed gladium. Gladium nimitem  
venientitere, ut alium ab altero sepa-  
ret; cum toties non alijs magis nobis  
inimici sint, quam qui nos proxime  
circumstant, ut amicissimi. Inimici Matt. 16  
hominis domestici ejus. Nec tamen non  
vestram ego vicem doleo: scio enim  
nihil suavius, nihil jucundius à na-  
tura nobis datum libertate, comuni-  
catione cum alijs ac societate. Et si-  
cū homo animal est sociabile, ita  
nec ipse jucundæ sunt illidelitiae, si  
foli-

solitudinis rædio exacerbantur. Sed quid agemus, postquam peccato Natura hominis corrupta est? Non jam sanitatis tempus est; alius proin legibus utendum. Caro illa, quam circumferimus, tam rebellis & perfida, tam irritabilis, tam ad omnis viti contagionem parata, facit, ut, que integra etiamnum sanitatem duros nos & inhumanos arguerunt jam nos prudenter canticos commendent. Denun-  
tiamus vobis, inquit Apostolus, in no-  
mine Domini nostri Iesu Christi, ut sub-  
trahatis vas ab omni fratre ambulante  
inordinate. Et non secundum tradicio-  
nem, quam acceperunt a nobis. Pro-  
bè notanda sunt Apostoli verba, qui-  
bus divisionem & sententiam & necessita-  
tem promulgat, non ab hostibus tan-  
tum Fidei, sed ab aliis etiam, qui eâ-  
dem nobiscum religione cententur:  
ab omni fratre. Non ab iis duncataxat,  
qui manifesta exempli pravitate no-  
cent, sed ab his etiam, qui monstra-  
ti imperfectionis ac sanctimoniaz se-  
mitam non ita solerent tenent, quin  
ab illa subinde exerrent: ambulante  
inordinate. Et non secundum tradicio-  
nem, quam acceperunt. Vt è siquidem  
non aliud est medium, quo à perni-  
cie servemur, quam istud: fugere com-  
merciū hominum, quoad ejus li-  
cer, quos inter lethalem exhalitu uni-  
co peitem trahere possumus.

XIV. Hinc discere possumus, quâ  
causâ Deus totum postulet, cum ma-  
lus Dæmon modico sit contentus. Sic  
vult Deus, animam non solum opera  
perpetrare nulla, quæ cum ratione, &  
sanctissimis suis Legibus pugnant, sed

ut ne cogitatione quidem illis assen-  
tiatur. Dæmon è diverso cùm ad  
opus ipsum frustra quempiam pelli-  
cit, satis habet ad cogitationis assen-  
sum eum induxisse: cùm horret quis  
exempli pravitate aliis nocere, pro  
sua humanitate, licet ita loqui, con-  
tentus est, si quis solus & sine arbitrio delinquat. Quia, cùm quis con-  
stanti animo renuit bibere ex vene-  
nato volupratum poculo, probat, si  
vel tantulum labris delibet liquo-  
rem propinatum, satis habet, si ad  
jocum prætextatum, ad facetiam illi-  
beralem, sed libidine factentem, ad  
obtutum paulò curiosiorem inducat.  
Quia igitur tanti discriminis causa,  
ut Deustam inexorabili severitate to-  
rum postuleat, Dæmon tantâ secum  
humanitate agis sinat: Nisi fallor, hæc  
princeps ejus rei causa est. Domi-  
nium animæ totius ad Deum pertinet:  
Dæmon autem fuit est. Sic enim mi-  
rum non est. Si totum Deus exigat;  
Dæmon contentus sit patrem sibi  
vindicasse. Præterea Deus nos vult  
bonos, malos Dæmon: & quia ad hoc  
ut quis bonus sit, necesse est omni-  
bus partibus esse absolutum, ad ma-  
lum vero sufficit, cuiuslibet partis de-  
fectus, ideo totum vult Deus, parte  
vero Dæmon contentus est. Vera sunt  
ista: Ego tamen veram aliam propri-  
amque ejus rei causam vobis afferam.  
Modicum petit Dæmon, cùm nōrit  
à modico statim se progredi posse ad  
multum: capillum petit, ajebat S.  
Franciscus, at hunc si obtinet, mox  
ex crine funem efficit, & nauticum  
quidem, quo ingens oneraria ad lit-

tus alligetur. Quid in re nostra principio petit? Ad quid puellam aliquam vestram proritatem? Non ad stupra, non ad adulteria, non ad Sacrelegia, & quae sunt alia sua turpitudine valde abominanda: obiurum petit lascivium; verbum paulo liberi, compositionem hominis exteroris minus asperam, solitudinis minus aliquanto studium, animi laxationem liberaliorem. In his omnibus quid mali? crinise est: sed avertat Deus, ut versutissimo nebuloni vel tantillum tribuatis; vestro enim damno disceris tandem, an ille ex modo proficere sciat ad multum, & num ex crine non laqueos tantum, sed catenas effingere nō sit. Vulpes aliud ab histricen non petit, quam ut sepe illam aculeorum suorum tamis per apertis: si stultus rogantem audiat, momento eum invadit & devorat. Hem, ale ille mille fraudum artifex, quae ista solitudo, quod silentium, quae parvum domesticorum custodia, quae omnis commercii humani fuga? Hoc est totum spinis rigere, ut echinum taperi tangis per sepe hanc hispidam; fac quod Juvenes alii, quod aliae Puellas faciunt, loquere, aspice, nocturna in viciniis edibus conventicula accede. Si audiant vafra concilia Juvenes, jam sanè pernicies proxima est absque obice.

XV. Scio non statim his initii suis nestos istos exitus connexi: quid autem refert, connecti tardius; si convecentur & sequentur aliquando? Extremam venenum non statim ad cor-

penetrar: penetrat tamen denique, Albertus narrat, quempiam rabidi canis dentibus admorsum, non nisi duodecim post annos veneni illius vim cœpisse persentiscere, quod tanto intervallo innoxium videbatur. Eadem plane in re nostra accidunt. Audiet Puella, dum liberius per edes vicinas vagatur, ex ore aliquius effrontis nupia quædam, quod ne audiret, prestaret esse furdam. Non nocent tum illa verba, nec plagam infligunt: virtus enim ad eam diem acta tenet nondum exaltans e fronte verecundia, timor justus Majorum, faciunt, ut Puella ne existimet quidem ullam tantum aliquando probrum ac dedecus posse confiscere. At ecce: non multis post annis marito jungitur, memor pravorum pestis illius mulierculæ exemplum, memor modi, quem ex illa intellexit, occulte talia perpetrandi, cedit intelliç intus oppugnanti foris afflicient, & fidem Deo non minas, quam marito dataim violare non erubescit. Observeate in hoc, & aliis generis ejusdem casibus, quos enumerare possem, vim primorum illorum verborum plane pestilentium, rabiem illam, & inquietudinem, quam in animo infelcis reliquit lasciva illa magistra detestabilis lingua; Quare iterum iterumque vestro commodo, vestro bono vobis inculco: separamini, separamini, fugite commercia periculosa: Non veni pacem mittere, sed gladium.

XVI. Serviet autem imprimitur commercii pericolosi fuga ad delendas noxias præteritas; ad quas abolen-

das

das si hortari vos volueris ad Jejunium, Eleemosynam & Orationem, quod est triplex illud genus operum, quo satisfacete pro admisis possumus, responsibus, à jejunio vos impediti laboribus necessarijs, ab eleemosyna & stipendia propriâ egestate, ab oratione verò paulò prolixiore curis domesticis, Quid autem prætexetis, si vos horteris ut viteris commercia periculosa, couventicula adversantia honestati, & turbas hominum promiscuas? Ab hoc equidem vos excusat nihil: si proinde ne hoc quidem tantillum reddere DEO vulnis pro tot culpis, satis enim verò apparer, vos nec dum intelligere gravissima illa nomina, quæ apud DEUM peccando contraxisti.

XVII. Serviet deinde eadem fuga ad impedienda posthac peccata. Quā quidem in re an vera dicam, non alios quam vos estes volo: an non enim cūm hebdomadæ dies totos cum domesticis vestris laborando transigitis, senos vos incolumesque, animamque nullo peccato vulneratam invenitis? Diebus aurem feriatis, dum modò hujus, modò illius in consortio laxatus animum, an non sàpe mentem plenam cogitationibus perversis, linguam verbis obscenis, detractione de famâ & existimatione aliena conspurcatam domum referitis? An non modò tixis, alias ebrietate, libidine multiplici, & nescio quibus alijs flagitijs, quorum vel meminisse pudor sit, vos implatos deprehenditis? Facilius autem hęc tam tristia ac planè funesta aecidunt, si in medios seminarum greges vos

inferre non puduerit: nec interest, Juvencula sit, an adultiores: ex his *Ecccl. 12,* siquidem sunt adulteræ. Cum aliena muliere ne sedet omnino, alloquitur enim illius quasi signis exar de se: ille nimis ignis, qui animum accendit desiderijs pravis, quæ veritatis æternæ ore jam pridem vel ipsis operibus compara sunt. Verat ergo DEUS, ne vel ad modicum tempori spaciū assideas feminæ, ne te tuāmque salutem exponas discriminis: & tu securum te existimabis, si dies tocos in ejus consortio colloquendo, saltando, corridendo, jogis mille, ac facetijs indulgendo transfigas? Quid est insanire, si hoc est sapere?

XVIII. Ante omnia denuo vobis, ô Majores, adolescentulas vestras commendō. S. Ambrosius dum Virginem instituit, ita loquitur: *Trepidare Virginum est;* & ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Quod igitur illud educationis Virginum genus esse dicamus, quo ipsis permittitur non solum non trepidare ad presentiam & alloquin viri, etiam modesti, sed garrire ad ædium limina cum Juventibus dissolutis, garrire mediis in plateis, manus porrigere, & ejusmodi facetijs etiam priores provocare, quæ tam in ore Virginum honestarum malè sonant? Neque glandiores tanium, sed tenellula etiam filia p̄r alij solerter custodiendæ, nec ut quilibet evagentur, permittendum. Id enim sane quam industriè malus Dæmon agit, ut eas mature operâ stygij alicujus emissarij suas faciat; ope-

ta inquam alligatus eorum ex numero,  
quos unicè delectat animulas inno-  
centes ut agnelloſ teneros, manibus  
Dexteris pere, ut eas infernalſ Lupi fau-  
cibus tradant. Perpendat quisque ſe-  
cum ſeriò, & alio in animum demittat,  
ſi à teneris annis liberi vitio affueverint,  
vix unquam eos affuetudinem  
tam noxiā dedocendos. Adolescens  
Provo. 22. 6. juxta viam suam, etiam cùm ſenectute,  
non recedet ab ea. Nulli non arbori nos-  
cer, utgi, ut experti afferunt; ſed nulli-  
Theophr. magis, quām tenellis etiamnum plan-  
biſtis. Oleum infuſum arboribus, eas ne-  
plant. l cat ſed maxime novellas.

4. c. ult. XIX. Si durum vobis moleſtumq;  
videtur ad hanc ſolitudinem, hanc  
commerciij paulò periculofioris fugam  
& volmet, & vestræ fidei ac curæ cre-  
ditos affuefacere, memento eagi de fa-  
lute & veſtra, & eorum, quos habetis  
longè chariſſimos. Si ſalvi eſſe volu-  
mus, ſurſum per ardua tendendum eſt;  
vſis in ferenda propensionibus naturæ,  
deoſum noſtraentibus. Solus fe-  
dam, ajebat ad Deum Propheta, quoniam  
comminatione repleſi me. Non  
ibam vagus per has illasque aedes; non  
transigebam tempus in certibus animi  
cauſa coactis: non venabat occaſiones  
& pericula amittendo ſalutis, ſed pro-

his Sed. bam ſolus. Non ob aliud au-  
tem ita, aliorum fugiebam conſortiu,   
ita ad omnis diſcriminis umbram tre-  
pidabam, quām quoniam comminatione  
repleſi me. Totus cohortui, cùm tot  
per eundem occaſiones proſpicerem. Uti-  
nam & vos altè in animum demittere-  
ris, quanta demum, quāmque mirabil-  
iter timenda felicissimi Cœlestis Regni  
jactura, & cum hoc, jactura Societatis  
perpetuae cum Beatis, Sanctis Marty-  
ribus, Apoſtolis, Angelis, Beatissima  
Viſtine, Christo, DEO! Utinam Ubi-  
nam ſeriā, datāque operā alſequi cona-  
remini, quanta ē diverso ſit calamitas,  
quanta miseria, ad æternum cum Da-  
monibus, feris, furiis, & cum igne dea-  
vorante damañi conſortium! Enim  
verò nulla jam moleſta fore ſolitudo,  
ſed eam amplectemini, ut ſecutum  
ſalutis ac ſecuritatis asyli; liberta-  
tem illam tam periculofam volentes;  
libentes lis permittetis, quibus ſuę  
ſalutis curæ non eſt. Bonus Deus lan-  
go hoc ac preiolo timore animos ve-  
ſtros repleat, quem vobis unicè exo-  
pro, ut trepidando ac timendo certos  
vos ac ſecuros reddatis illius glorie  
consequendę, quam tam facile  
amittit, quisquis non di-  
met amittere.

Jeremo.  
15.

DISCUR-